

ASSERTIONES
EX UNIVERSA
DOGMATICO-HISTORICO-SCHOLASTICA
THEOLOGIA,
QUAS
IN CELEBERRIMO, & ANTIQUIS-
SIMO MONASTERIO B. V. M.
AD FONTES,
Sac. & ab Orig. Exempt. Ord.
CISTERCIENSIS

Anno Reparatæ Salutis **MDCCLXXVII.**
Mense Septembri Die **1777**

PUBLICIS CONATIEUS DEFENDENDAS
SUSCUPERUNT

- R. R. AC DOCT. D. P. LEOPOLDUS
PREKERFELD,
R. R. AC DOCT. D. P. NIVARDUS JAN-
TSCHIGI,
R. R. AC DOCT. D. F. AUGUSTINUS
SLUGA,

P R A E S I D E

A. R. R. AC DCCT. D. P.

AUGUSTINO DOMANKO,
EJUSDEM S. ORD. CELEBERR. & ANTI-
QUISS. MONASTERII VICTORIENSIS
PROFESSO,

nec non

THEOLOGIÆ PROFESSORE.
CUM GRATIOSISSIMO SUPERIO-
RUM PLACITO.

$N = 0.30002889$



I.

Existit in natura unus entium universorum immediata virtute Creator DEUS, II. Cum perfectionum abyssi, scientiae, ac providentiae plenitudine singula sapientissime moderans; III. Propria simul, ac sincera voluntate antecedente omnes prorsus homines; consequente autem solos gratuita misericordia efficaciter electos, & ante absolutam meritorum prævisionem prædestinatos salvari paratus IV. Qui nullum absque prævisis demeritis positive unquam reprobare intendit. V. Augustissimum SS. TRIADOS mysterium sacris paginis revelatum, genuinis, Joannis I. Epistol. cap. 7. Symboli Athanasiani, & hymni Ambrosii Augustiniani documentis propugnatum, non minus VI. Ac Verbi



divinitatem, ejusque cum PATRE con-
substantialitatem, Synodo Nicænæ (haud
dissentiente Liberio P. M.) pro fidei tes-
sera HOMOUSION authoritative divulganti
firmiter confisi, ea promptitudine credi-
mus, VII. Qua SPIRITUM SANC-
TUM verum DEUM, personam per se
subsistentem a PATRE, ac FILIO
quidem distinctam, utrique tamen in na-
tura coæqualem, & ab utroque unico si-
mul principio spirativo procedentem,
cum processionibus realibus, atque in
concreto acceptis relationibus, contra
omnis generis errores fide tuemur. VIII.
Operibus DEI extrinsecis immateriales,
natura immortales, libertate, gratiæque
adjutorio impertitos accensemus Angelos;
quorum quidam conversione in DEUM
beatitudinem æternam consecuti, ad le-
gationis, & custodiæ ministeria depu-
tantur, IX. Quidam e converso, licet
vi creationis, ac naturæ conditæ integer-
rimi, propriæ voluntatis libertate delin-
quendo pœnam damni, & sensus igne
inferni, prout divinæ instrumentum est
justitiæ, utramque æternam sibi adscive-
runt. X. Ordinatis porro mirabiliter sex
die-



dierum intervallo universi hujus cunctis; omnium hominum primos Protoparentes Adam videlicet, & Hevam blasmatos spirituali, immortalique anima vivificatos, cum innocentiae integritate, gratiae simul auxilio liberi arbitrii indifferetiam prorsus non impediente constitutos adfirmamus. XI. Quorum cum posteris omnibus Salutis authorem, Messiam nimirum in lege, ac Prophetarum testimoniis promissum adversus Judæorum pervicaciam, tum ex Jacobi Gen. c. 49. vaticinio, tum ex Danielis c. 2. & 9. prophetia in computum ductis ab Artaxerxe Longimano 70. hebdomadis jam plura ante saecula venisse evincimus, XII. Cui corpus reale, consubstantialeque nobis carnem e Beata Virgine sumptam: animam simul intelligendi, volendique facultate praeditam; duplicem itaque (controversiis relicto Honorii I. P. M de Monothelismo problemate) voluntatis actum vindicantes, XIII. In eo etiam solo, utpote secunda SS. TRINITATIS persona, consubstantialem cum natura humana unionem; manente tamen persona Verbi, unico, ac eodem



DEI, & hominis Filio, ex B. M. intermixta semper Virgine nato, duas post unionem distinctas, inconfusas, impermixtas esse naturas conformiter dogmati Catholico propugnamus: XIV. Huic exactissime adimpletis omnibus Redemptoris simul, ac Mediatoris operibus, & si fidem quovis tempore necessitate mediæ necessariam, & absolutam Latræ adorationem ex fide debitam devinciamus, XV. Exhibito attamen B. V. M. Angelis, Sanctisve cultu, eorum invocatione, reliquiarum veneratione, atque festorum ab Ecclesia institutorum celebratione, de gloria Mediatoris quidquam derogari minime concedimus. XVI. Mediabitibus etenim Christi meritis homini virtutibus supernaturalibus exercendis sane impari, ad omnes actus salutares, initium, & progressum fidei, tam ex parte intellectus, quam voluntatis gratiæ actuales absolutæ necessariæ gratuito conferuntur; XVII. Quarum altera sufficiens, omnibus, contra Jansenium, præcepta DEI observare conantibus, & voluntibus justis, dari quidem solita; sed solitaria, & ab actu sejunctam meritorie



rie operandi potentiam suscitare duntaxat apta XVIII. Altera independenter a præviso contingente voluntatis consensu, aut externa circumstantiarum congruitate ad SS. Augustini, & Thomæ mentem, ex se, ac ab intrinseco efficax, XIX. Peculiari moderamine Divino, et si utrumque simul conciliari, teste Augustino operosum fateamur, sine liberi arbitrii eversione mirabilem efficaciam operatur: XX. Quapropter etiam gratiæ hujus præcipuum effectum in justificatione impii (utut per subsequens peccatum mortale amissibili) vera, & propria peccatorum deletione, a justificato effective recepta, ac intrinsecus inhærente justitia reponentes XXI. Bona hominis justificati opera vitæ æternæ vere esse meritoria profitemur; ast justificatione hac sine piis operibus impetranda, nec solam fidem, necque inannem *Lutheri* parem agnoscimus fiduciam: XXII. Intrinsecam autem vim effective justificandi, & gratiam ex opere operato Christi virtute, non ponentibus obicem, producendi Novæ Legis sunt Sacra menta, XXIII. Quæ septenario duntaxat numero per JESUM Chri-



Christum instituta ad valorem, duōmodo,
ceteris essentialiter requisitis, seria, &
sincera faciendi, quod intendit nostra
Ecclesia, adhibetur intentio, nec pro-
bitatem, nec fidem, obstrepentibus in
cassum, cum *Luthero*, *Donatistis*, mini-
stri necessario exigunt. XXIV. Tria
horum Baptismus nempe, Confirmatio,
& Ordo characterem indelebilem animæ
imprimentia, unacum reliquis (excepto
ob necessitatis casum Baptismate) pro-
prium ministrum prætendunt Sacerdotem;
XXV. Baptismus quippe invocatis di-
stincte SS. TRINITATIS personis in
re, aut voto, ad salutem necessitate me-
dii omnibus indiscriminatim necessarius,
iis fidei motivis, hæreticæ pravitati est
opponendus, quibns confirmatio contra
Calvinum, & *Dallæum* veris Novi Testa-
menti Sacramentis adnumeratur. XXVI.
Dignabatur præterea celebrato (pridie,
quam pateretur, exeunte videlicet XIV.
luna) Paschate, JESUS CHRISTUS,
non modo hoc augustissimum instituere
Sacramentum, in quo per conversionem,
sive transubstantiationem vera, ac realis
adversus quosvis Novatores Corporis,
&



& Sanguinis sui, re permanente consistens, esset præsentia; XXVII. Sed etiam Sacratissimam efficere Eucharistiam, a solis Sacrificantibus, vi præcepti divini, sub utraque specie summendam, quæ verum, & proprium Legis Evangelicæ in Missa offerendum fieret Sacrificium. XXVIII. Sacramento demum Pœnitentiæ, divino jure post Baptismum lapsis in re, aut voto absolute necessario, & virtute Clavium quodvis enorme peccatum, positis (præter attritionem, seu dolorem ex innitali saltem DEI charitate formatum) pœnitentis, & legitimis ministri requisitis, hac in vita remittere valenti; XXIX. Extremam unctionem, solis adultis ægritudine adgravatis, conferendam: Ordinem, peracto Episcopi, qua ministri ordinarii munere cum cælibatu sancte connexum. XXX. Ipsum quoque matrimonium fidelium Baptifatorum consummatum, jure divino invinculo indissolubili constitutum, tanquam totidem Novæ Legis Sacraenta secundum dogma Catholicum adjungimus. XXXI. Quoniam vero usus rationis tempore actus humanus a libera




voluntate, & virtuali saltem cognitionis advertentia (ignorantia etenim antecedenter invincibilis a peccato excusat) procedere debeat ad merendum, & demerendum perfecta liberi arbitrii indiferentia omni necessitate immuni, hominem in hoc statu etiam lapso pollere, contra *Wicelijum*, *Lutherum*, & *Jansenium* (D. Augustini Patrocinio immerito gloriantes) defendimus; XXX. Permanet nimirum pro hoc quoque statu, ex hominis operantis debito **DEUS** simpli- citer ultimus finis, & solus simul beatitudo objectiva: ab animabus justorum, quibus nihil supereft luendum, deposita corporis sarcina actutum non obstante *Millenariorum* figmento, intuitive viden- dus, & pro meritorum inæqualitate, in- æuali pariter gloriæ fruitione impetrان- dus; XXXIII. Qui proponit in lege sua æterna regulam actuum nostrorum remotam, & infundit conscientiæ nostræ proximam, cuius dictamen ultimum morali- ter adeo fit certum, ut numquam contra illud, quamvis invincibiliter er- roneum operari, nec in concursu duarum propositionum, rejecta vere probabiliori,

opi-



opinionem pure probabilem sectari liceat,
XXXIV. Imo humanarum actionum mo-
ralitas in earundem con-aut difformita-
te honestatis reposita secundum divum
Angelicum c. 12. v. 36. Matth. innixum
hominis actum proprie deliberatum in
individuo indifferentem vetare videtur,
licet actus externus per se nullam boni-
tatem , aut malitiam actui interno , adjic-
cere soleat. XXXV. Dirigendis porro
exactius hominum actibus , legi natura-
li proprie , ac formaliter indispensabili,
addidit, teste Scriptura DEUS (oggia-
niantibus precario *Corpocratianis*, *Cerdo-
nianis* , & *Marcionitis*) legem sanctam,
mandatum justum, bonum ; at expletis
per Messiam figuris, & sufficienti Evan-
gelii promulgatione eatenus terminan-
dam, XXXVI. Ut JESUS CHRISTUS
Legem Novam vere præceptivam ad con-
summationem usque mundi duraturam
substituat: Ecclesiæ tamen veræ , legis-
lativam in conscientia pro salute animæ
obligandi potestatem haud minus tradide-
rit, XXXVII. Quam principatum ci-
vilium, subditos in conscientia obstrin-
gendi , jura corroboraverit ; quin hæc
in



in humanis legislativa potestas juxta *Wiccleffi* commentum a fide, & morm integritate dependeat. XXXVIII. Leges five divinas, naturales, five humanas transgrediente homine rationis compote, committuntur adversus *Calvini*, & *Stoicorum* blasphemias, peccata a venialibus, mortalia omnino distincta: quemadmodum Adæ præcepti divini prævaricatio, propagatione in omnes posteros (peculiari privilegio non præservatos) sub nomine peccati originalis transfusa, *Pelagianorum*, *Zwinglianorum*, & *Protestantium* cavillationes manifeste enervat: XXXIX. Supplicia igitur, non expiatis hac in vita mortalibus (quidquid cum Origine, *Bailius*, *Burnetus*, *Lokius* & *Sociani* obtrudunt) cuique peccatori gehennæ ignis æterna, & Necdum purgatis venialibus, aut quoad pœnam mortalibus, contra *Sectarios*, in gratia DEI decedentibus purgatorii temporalia, esse destinata, cum universa Ecclesia propugnamus; XL. Quibus Catholici per indulgentias Ecclesiæ clavibus dispensari solitas, ac suffragii forma applicabiles succurrere: quemadmodum, servatis ab Ecclesia præscriptis

tis



tis operibus, pro redimendis temporalibus pœnis sibi met eas lucrari valent.

XLI. Virtutes Theologicæ sunt Fides, Spes, Charitas, quarum quilibet ad salutem absolute necessaria, pro primario quidem, & formaliter intrinseco objecto DEUM in se ipso respicit: pro secundario autem in motivorum ratione differt,

XLII. Prima etenim veracitati divinæ infalibili nihil falsi revelare potenti firmissime innixa omnem seu symboli ab Apostolis revera compositi, seu cuiuscumque revelati a DEO articuli tum denegationem, tum falsæ religionis professionem districto rigore prohibet:

XLIII. Secundæ in actibus meritoriis adversus Quietistarum temporem collocandæ; tertia, Charitas videlicet, qua DEUM propter semetipsum, virtualiter saltem, omnes actus nostros in illum referendo, & proxim^{um} propter DEUM diligere, peccantem corrigere, inopem elemosinijs adjuvare tenemur, merito adnectitur.

XLIV. Inter virtutes temperantiæ species, quoniam facile præcellentem prærogativam sibi vendicet jejunium DEO gratum, ac meritorium, ipsaque quadragesimalis jejunii ob-



observantia institutione Apostolica gaudeat; jure etiam Ecclesia a quibusdam ciborum generibus abstinentiam statutis diebus servandam præcipere potest. XLV. Quamvis Ecclesiastici (fremenibus frustra Arnaldistis, Waldensibus, Wicellefitis, & Apostolicis) bona temporalia legitime, unacum Catholicis possidere audeant: Clerici nihilominus bonorum Ecclesiasticorum, honestæ ipsorum sustentationi superfluorum haud proprie videntur esse domini. XLVI. Præscriptio legitima pro forro etiam intertno tutum reddit dominium: damnificatio autem injusta, vetitis per leges modis facta, restitutio- ni in re, aut voto ad salutem necessariæ est obstricta. XLVII. Veritates Religionem salvificam spectantes, aliæ qui- dem naturali lumine cognoscibiles, aliæ vero intellectu nostro sublimiores, tanto exactiora convincendis Socinianis, & Manichæis subministrant argumenta, quanto evidenteriora revelationi divinæ ad su- pernaturalium cognitionem absolute ne- cessariæ, clarissima, certissimaque mira- cula in solo Pentateucho genuino Moysis fœtu Naturalistarum, & Religionis Chri-

stia-

◇ ◇ ◇ ◇ ◇ ◇

stianæ revelationem corroborativa Christi opera Judæorum penitus eradicant commenta. XLVIII. Præter verbum DEI scriptum , traditiones quoque divinæ , & Apostolicæ , tum pro intelligendo genuino , ac legitimo Scripturæ sensu , tum pro statuendis nonnullis Fidei , & morum dogmatibus inevitabiliter sunt admittendæ , eo , quod horum aut nulla , aut non satis clara in sacris codicibus occurrat mentio. XLIX. In Ecclesia Romana S. Petrus primatum honoris , & jurisdictionis a Christo immediate accepit , cuius regendæ , eadem omnino ad Omnes ejus Successores prærogativa transiit , qui immortalibus præconiis dignam gubernant sedem , quam S. Petrus Romæ fundatam , usque ad gloriofissimi martyrii mortem retinuit. L. Admittit tandem debet vivus quidam , legitimus , supremusque Fidei controversiarum Judex , indefectibilis prorsus Ecclesia , quam sive per totum orbem dispersam , sive in conciliis œcumenicis rite congregatam infallibilitate omnimoda in materia Fidei , & morum gaudere credimus , simulque omnia cedere exoptamus

A. M. D. O. S. & B. V. M. H.



123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000